



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 97. Aliud Regii Senatus decretum adversus libellos in controversa quæstione disseminatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1712.

§. XCVII.

Aliud Regii Senatus decretum contra libellos in controversa questione disseminatos.

Cum per universum Regnum quam plurimi libelli circa præsentis Religionis controversias, non sine Ecclesiastici Ordinis dedecore passim & impune spargerentur, Regii Senatores huic licentiæ remoram objecturi, die tertia Februarii sequens edictum promulgarunt: „Nobis compertum est, non obstantibus Senatus consultis, atque decretis, jam ab anno, aut circiter, in vulgus spargi libros, ac libellos de præsentibus Religionis controversiis editos, nullo, aut auctoris, aut typographi nomine adscripto, sine Privilegio, ac facultate, denique sine ulla publici juris, vel auctoritatis nota; in variis hisce elucubrationibus ignaros scriptores quosdam, nullo delegante, nullo fidei jussore, sine potestate ulla sese immiscere iis controversiis, quæ ipsorum statum, atque ordinem longe superant, & discordiæ facies inter Ecclesiam Gallicanam accendere, & iis, quæ libellorum ejusmodi lectione facile commoverentur, arma subministrare, quibus sese mu-

„tuo impugnent; quodsi ad solam Ec- Sæc. XVIII.
 „clesiæ auctoritatem pertinet, de his A. C. 1712.
 „libris, in eo, quod doctrinam spectat,
 „judicare, ut commissum Apostolis fi-
 „dei depositum, quod & ipsi suis Suc-
 „cessoribus transmiserunt, integrum,
 „inviolatumque conservet, non minus
 „ad magistratus curam, atque officium
 „pertinere, ut externum quemdam in
 „republica ordinem tueatur, ac pro-
 „scriptis iis libellis, qui id unum effi-
 „cere possunt, ut concordiam Epi-
 „scoporum, ac eorum dignitatem la-
 „befactent, publicam pacem, ac tran-
 „quillitatem asserat: quo plus tamen
 „auctoritatis, ac ponderis nonnullis
 „ex eo genere libellis accederet, Scri-
 „ptores non esse veritos, vel augustif-
 „sima, & veneratione maxime digna
 „adhibere nomina, non alio fretos te-
 „stimonio, aut fide, quam auctoris il-
 „lius, qui ex densissimis, quibus se oc-
 „cultat tenebris impune sibi fore ar-
 „bitratur, si quæ sunt a vero quam ma-
 „xime aliena pro veris jactaverit.
 „Jam quidem a Senatu in rectum Rei-
 „publicæ ordinem semper intento cæ-
 „pisse adhiberi cautiones, quæ ad co-
 „hibendam in spargendis per hanc ur-
 „bem hujuscemodi libellis licentiam
 „maxime opportunæ viderentur dato
 „gravissimo decreto 26. Augusti anni
 „pro-

Sæc. XVIII. „proxime elapsi de circumforaneis
 A. C. 1712. „propolis: verum cum hæc priora
 „remedia non satis valeant ad prohibendum, ne abusus ille perseveret,
 „atque etiam longius serpat, se arbitriari sibi esse faciendum, ut sententiam adhortentur ad gravio-
 „dam, atque adeo magis salutarem severitatem adhibendam, qua finem
 „propositum certius consequatur. Atque hoc se consilio adductos esse,
 „postulandum non modo, ut sanctiones & decreta, quæ de his rebus extant
 „gravissima, executioni mandentur, verum etiam, ut hi libelli aboleantur,
 „& supprimantur; sæpius perquirant, ac pervestigent, quorum id muneris est, liberariorum officinas,
 „typographorum, quo legis violatione occurratur; denique sibi ut liceat tum
 „in horum libellorum auctores, tum in eos, qui hos passim aliis obtulerint,
 „inquisitionem procurare; eopertere scriptas, quas in senatus tribuna
 „bula reliquerunt conclusiones, ut de illis Senatus, quod rectum, & æquum
 „videretur, statueret. Postquam recesserant regii viri, oblata sunt senatui
 „instrumenta, quæ ad eam rem pertinebant, videlicet Sanctionis Molinensis Art. 77. & 78. Patentes, quæ
 „vocantur literæ declarationis more,

„ac ritu a Carolo IX. concessæ ex-Sæc. XVIII.
 „ponenti Clero Gallicano 18. Aprilis A. C. 1712.
 „Anno 1571. in Publica Senatus acta
 „relatæ 17. Augusti ejusdem anni Art.
 „X. edictum Mensis Augusti 1686. de
 „tota re libraria, & typographica actis
 „Senatus adscriptum VII. Septembris se-
 „quentis Art. LVIII & LXVI. literæ
 „etiam patentes Regiæ de eadem re
 „typographica, & libraria 20. Octobris
 „1701. in Senatus acta relatæ 17. Ja-
 „nuarii 1702. & Senatus consulta ad
 „eandem rem spectantia 17. Januarii
 „Anni 1645. III. Decembris 1705. &
 „4. Januarii 1706. denique 26. Augusti
 „1711. adjunctæ sunt conclusiones scri-
 „pto datæ a Regio Procuratore Gene-
 „rali, ac cum de tota ista causa deli-
 „beratum esset.,

„Senatus pronuntians de conclu-
 „sionibus Regii Procuratoris Generalis,
 „edicit, ut omnes libri, schedæ chartæ, li-
 „belli, cætera ejusdem scripta edita sine
 „auctoris aut Typographi nomine, sine Re-
 „gis Privilegio aut facultate urbano-
 „rum Magistratum, quæ jam ab an-
 „no de præsentibus Religionis contro-
 „versis sparsa fuerunt, quocunque ti-
 „tulo, nomine, aut forma sint, sup-
 „primantur, ac vetita maneant. Quam-
 „obrem imperat omnibus, qui horum
 „libellorum exemplaria penes se ha-
 „bent,

Hist. Eccles. Tom. LXVIII.

D d bent,

Sæc. XVIII. „bent, ut apud tabularia Senatus,
 A. C. 1712. „quamprimum ea reponant; interdicit
 „omnibus Typographis, Librariis, &
 „circumforaneis propolis, aliisque, ne
 „libellos ejusmodi edant, dividant,
 „distribuant, aut quavis ratione in vul-
 „gus disseminent. Eos, qui contra fa-
 „ciunt, edicit mulctandos esse mille li-
 „bris Gallicis, præter exemplarium,
 „quæcunque apud ipsos inventa fue-
 „rint, fisco adjudicationem, prætere-
 „que sua professione ac munere deji-
 „ciendos, atque etiam pœnas, si con-
 „tigerit, corpore luituros. Mandat
 „Senatus, ut postulante Regio Procura-
 „tore inquiratur in eos, qui hos libros,
 „Cartulas, Libellos, & scripta ejusmodi
 „scripsere, typis edidere, vendidere,
 „aut alia quavis ratione in vulgus spa-
 „sere, ut scilicet habita diligenti per-
 „quisitione, eaque relata ad Senatum,
 „& cum Regio Procuratore communi-
 „cata ex ejus conclusionibus quod res
 „postulabit, decernatur.,

„Interea præcepit Senatus, ut Se-
 „natus consulta, sanctiones, edicta, De-
 „creta, statuta, de re liberaria & Ty-
 „pographica, vim suam obtineant, &
 „executioni omnino mandentur; at-
 „que adeo quam maxime vetitum vult
 „& inhibitum omnibus Typographis,
 „propolis circumforaneis & aliis qui-
 „buscumque cujusvis status aut con-
 „ditio-

„ditionis, ne Typis edant, vendant, Sæc. XVIII.
 „venalesve proponant aut distribuant A. C. 1712.
 „ullos Libros, Libellosve, aut leviores
 „schedas sine Regio Privilegio solita
 „formula descripto, aut sine venia
 „Magistratum Urbanorum, quorum
 „ad Jurisdictionem res una quæque per-
 „tinebit, idque præscriptis in casibus
 „& forma præscripta in Regiis paten-
 „tibus literis, sanctionis ritu datis 2.
 „Octobris 1701. & in acta publica Se-
 „natus relatis 7. Januar. 1702. tum e-
 „jusdem Senatus consultis decretoriis
 „7. Decembris 1705. & 4. Januar. 1706.
 „indictis iisdem supra memoratis pœ-
 „nis. Mandat Bibliopolarum Syndico
 „& ejus adjunctis comitibus imo &
 „ipsis Castelli commissariis, ut fre-
 „quenter se conferant in tabernas, do-
 „mos, & interiores apothecas Bibliopo-
 „larum & Typographorum officinas, in
 „quibus investigent diligenter, & per-
 „quirant libros ejusmodi, scripta, Li-
 „bellos & schedas leviores, iidem quo-
 „que Bibliopolarum Syndicus, & ad-
 „juncti sibi præceptum esse intelligant,
 „ut accurate scrutentur libros eos, qui
 „ab exteris Regionibus advehentur,
 „quique ad aulam ipsorum communi-
 „tatis propriam afferentur, prout præ-
 „scriptum est Edicto, Mensis August.
 „1686. de re libraria. Deinde scripto
 Dd 2 „pro-

Sæc. XVIII

A. C. 1712.

„profiteantur de libris, scriptis, libel-
 „lis, aut schedis generis illius, de quo
 „dictum est, aut aliis libris, quos pro-
 „hibitos esse comperient, quosque reti-
 „neri ab ipsis seruarique oportet, ut
 „postquam suæ professionis scriptum
 „tradiderint Urbano prætori, & paria
 „scripta confecta fuerint a Castelli com-
 „missariis, de perquisitionibus a se ha-
 „bitis, & de vetitis Libellis a se in-
 „ventis, & retentis, lege agatur in
 „reos, aut aliter, quod videbitur ita
 „tuendum statuatur, adhibitis Con-
 „clusionibus, quas offerret Vicarius
 „Procuratoris Regii Generalis in Ca-
 „stelli curia. Injungit Senatus eidem
 „Urbano prætori & Vicario pariter
 „que judicis primario ballivii Palatii
 „& Regii Procuratoris Generalis Vi-
 „cario in eadem Curia, ut pro Officio
 „quisque suo Senatus consultum exe-
 „cutioni mandari curent, salvo Jure
 „causarum injudicatarum, & statum
 „interdictos juris administratos præscri-
 „bendi. Atque hoc quidem Senatus
 „Consultum legetur, promulgabitur,
 „& in acta publica referetur in omni-
 „bus curiis ac tribunalibus, quæ no-
 „stræ jurisdictioni parent, ut in illis
 „quoque vim habeat, id curantibus
 „tribunalium judicibus primariis, affi-
 „gatur etiam, ubicumque id opus fue-
 „rit,

„rit. Hoc Officii imponit Vicariis Regii Sæc. XVIII.
 „Procuratoris Generalis, illud, ut cu- A. C. 1712.
 „rent diligenter & Senatum ante e-
 „lapsum Mensem ea de re certio-
 „faciant. „

§. XCVIII.

Tertium ejusdem Senatus edictum contra quemdam libellum.

Insuperhabito prioris edicti rigore, passim varii spargebantur libelli, quibus Quesnelistæ suam causam tue-ri, aut motis novis difficultatibus magis intricatam reddere moliebantur: Hunc in finem perinde ac si Rex Noaillio Cardinali literas scripsisset, ad quas Cardinalis respon- sionem nulli alteri præterquam Regi exhibendam dedisset, continuato com- mento spargebant, eaque de re libel- lum sub titulo: *Responsio Cardinalis Noaillii ad illud scriptum, quod ipsi Rex tradere est dignatus*, sine ullo privile- gio aut facultate ediderunt; quo com- perto Regius Advocatus die quinta Junii in publico Regi Senatus confes- su exposuit, „summam Urbanorum Ma- „gistratum curam ac vigilantiam pro- „hibere non potuisse, quominus sparge- „retur, magisque ac magis indies vul- „garetur scriptum sine facultate edi-

D d 3 tum,